

LXXXVII. SETIA (p. 640).

ad n. 6475. Refert item Pantanelli de sacr. princ. Terracinensi ms. p. 29, collocans in agro Setino 'prope quandam vineam'.

8289 urna marmorea quattuor c. palmorum rotunditatis ad modum columnae, orbiculato operculo et quadrata basi. Setiae effossa in praedio Io. Bapt. Villae qui servat PANTAN.

in media urna:

C · IVLIVS
OL_yMPVS

in basi:

C · IVLIVS
OL_yMPVS

Pantanelli de sacro princ. Terracinensi ms. p. 29.

2 OLIMPVS, 4 OLVIMPVS traduntur.

LXXXVIII. VLVBRAE (p. 642).

Petri Pantanelli schediasmata adservata hodie Palestrinae apud Georgium Pantanelli nuper excussit a me rogatus Hermannus Dessau. Servantur ibi tam commentariorum de Sormoneta (sic) recensio prior et ipsa in quinque libros distributa deducta ad a. 1749 quam 'de sacro principatu Terracinensi eiusque pontificibus, tum de Privernate, Setina aliisque ecclesiis

adiunctis' libri sex (4. pp. 278) inscripti Callisto Mariae Palumbellae episcopo Terracinensi, cuius tamen obitus a. 1758 sub finem ipsius tractatus refertur. Eo anno liber absolutus videtur esse. Insunt in utroque libro eadem Ulubrae quae ex Pantanellianis iam innotuerunt n. 6490. 6497. 6498. 6499. 6503. 6504.

ad n. 6484. Referunt item liber meus *unterital. Dial.* p. 365; Avellinus *inscr. mus. Borb.* p. 37, 62; Fiorelli *cat. n.* 36; Garrucci *syll. n.* 189 pro inedita; item *vol. VI n.* 3694.

ad n. 6503. Translatam esse ex vinea dominorum Razza in aedes eorum ait Pantanellius l. c.

ad n. 6499. Titulum extare in vinea Razza D a Sermoneta passibus in *contrada Pozzo Livione ossia S. Agostino Vecchio* Pantanellius ait *Serm. p. 11 exempl. Praen., de princ. Terrac. p. 43.*

ad n. 6504. Sermonetae in coemeterio adiuncto ecclesiae S. Mariae vidit Pantanellius l. c., legens 2 RE potius quam AE.

LXXXIX. CORA (p. 645).

ad n. 6528. Ioh. Schmidt, qui titulum priorem vidit loco commodo collocatum, legit 2 PRON·F; itaque scribendum *Flacco*.

XC. VELITRAE (p. 651).

ad n. 6589. Legitur item inter Goriana *cod. Maruc. A 10* teste Lanciano *acque n.* 214. Is emendat *Ac[tes]*, ut est in *Puteolana n.* 1903, recte.

8290 a rep. III chil. a Velitris montem Artemisium versus inter rudera villae Romanae.

b in museo Kircheriano.

ad n. 6590. Lancianus vidit Romae et apud Giacomini et inter collectanea municipii. Ed. idem *Bull. municip. 5* (1877), 181 et *acque p.* 244 n. 215.

IVLIA CLEOPATRA FECIT

ad n. 6620. Dele; est urbana descripta a. 1636 a Giorgio in vinea comitis Perucchi extra portam Pincianam.

a Lanciani *acque n.* 217, cui dedit di Tucci exceptam sic: {CLEOPATRA}.

b Ruggieri *cat. mus. Kirch. p.* 145 n. 584; Lanciani *acque n.* 562.

— {LIA Rugg. — FEC Rugg.

XCI. ANTIVM (p. 660).

Sero didici in sylloge saec. XV/XVI scholae Pontaniana, quam servavit *codex Marucellianus A 79.* 1 adiectam manu diversa ad urbanam, de qua agitur *vol. VI p. XLII*, inter reliqua epigrammata Italiae inferioris pleraque adesse f. 65 novem sub praescriptione 'in Neptuna'. Horum primum (n. 6680) Antias esse constat; secundum n. 8295 adservatum

hodie Pisauri in domo Oliveriana eidem origini optime convenit; septem reliqua n. 8293. 8297. 8298. 8299. 8300. 8301. 8302 praeterea quod sciam ignota item inter Antiatia rettuli, quamquam n. 8293. 8299 ita comparata sunt, ut urbi Romae melius convenient.